AUGUSTINUS HIPPONENSIS. HUGO DE SANCTO VICTORE. LIBER ANNIVERSARIORUM NEOCELLENSIS. NECROLOGIUM NEOCELLENSE

Neustift (?), 1459-1521 Seite 116r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35426
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

C. IIII. kl. Apud corinthum natale beati Sosthenes discipuli / cuius mentionem fecit apostolus scribens corinthios / Apud affricam sanctorum martyrum papinii et masucti episcoporum / qui tempore vandalice persecutionis / pro fidei katholice persecutionis defensione / candentibus ferri laminis toto corpore uisi / gloriosum agonem consumauerunt.

D. III. kl. Vigilia sancti Andree apostoli / Rome uia salaria natale Saturnini martyris et sisinnij martyris / et Diaconi / sub Maximiano principe / quos in carcere crucifixos idem decollari preceperat / Eude die Crisanti martyris / qui iussus in arenam deponi / et illic viuens cum et lapidibus obruit.

E. II. kl. In Ciuitate patras prouincia achaie natale sancti Andree apostoli / qui apud Crithiam predicauit. Hic ab Egea proconsule comprehensus / primo in carcere est clausus / ac de inde grauissime cesus / ad ultimum uero in cruce funibus appensus / biduo ibidem uiuens plures ad xpm conuertit.